Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quasi ceteris eminentiore dedecuit ut pōt equi ipsi dñō sit in tributa redditione compar tus. sed diligens lector hanc inter eos quæstionem & ante dictum enigma redditum inueni & fuisse uersa tam. denique matheus hoc in capharnaum memorauit ēē gestum. Dicit autē marcus & lucas uenerunt capharnaum quicum domi essent interrogabat eos quid in uia tractabatis. at illi tacebant siquidem inter se inuidia disputauerunt quis. ēē illorum maior uerum siue hac siue illa siue utrumq: fuer occasione commota uidens ihs cogitationes eorum & causas errorum intellegens uult desiderium gloriae humiliratis confessione sanare.

Ad quē hanc dixit puerum stans cum eō secus se. accepit illis. quicūq: susceperit puerum istū in nomine meo me recepit.

Uel simplicē pauperes xpi ab his qui uelint. ēē. maiores p eius doctrinā honore susciendos. uel certe māsuetā paruulos ipsos. ēē. suadet ut instar innocentiae puerilis simplicitatem sine adrogantia carnalem sine inuidia deuotionem sine iracundia conseruent. unde bene cum dicere. quicumq: susceperit puerum istum. addidit in nomine meo ut uidelicet formā uirtutis quam natura ducē puer obseruat ipsi p nomine xpi uiuante negotiis industria sequantur sed quia sein puero susciendo docebat uidelicet quia & ipse puer natus. ē nobis ne putaretur hoc .ēē. solum quod uidebatur adiunxit atq: ait.

Et quicumq: me receperit recipit eum qui me misit.

Talem se utiq: absentem credi uolens qualis & quantus. ē. pater usq: adeo enim nihil distat inquit inter eum & me ut qui me receperit recipit eum qui me misit.

Respondens autē iohannes dixit. praeceptor uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia & prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum.

Johannes pro tua deuotione dnm amans. Ideoq: redamari dignus excludendum beneficio patatur eum qui non utatur obsequio. sed docetur neminē a bono quod ex parte habet arcendum sed ad hoc potius quod nondum habet. ēē. prouocandum.

Et ait ad illum ihs. Nolite prohibere qui enim non. ē. aduersum uos pro uobis est.

Hac data sententia dicit apostolus sed siue occasione siue ueritate xpi ad nuntiatur. & in hoc gaudeo sed & gaudebo sed licet ille gaudeat & iam debeat qui xpm adnuntiant non sincere & tales aliquando in nomine xpi signa facientes ob aliorum salutem censeantur non. ēē. prohibendi nostramen ipsis pro alia signa secuta sua conscientia redditur quin potius in illa die cum dixerint. dñe dñe non ne in nomine tuo prophetauimus & in tuo nomine daemonia eiecimus & in tuo nomine uirtutes multas fecimus. responsum accipient qui a nunquā noui uos. discedite a me qui operamini iniquitatem. Itaq: in hereticis & malis catholicis non sacramenta communia. in quibus nobiscum sunt & aduersum nos non sunt sed diuisionem pacis ueritatisq: contra